



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**R. P. Ludovici Richeomi Societatis Ies. Valedictio Animæ  
Deuotæ**

**Richeome, Louis**

**Coloniæ, 1610**

Declaratio superiorum, peccatum scilicet animæ pulchritudinem  
corrumpere, & de Idololatria. Colloquium LXXVI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50753](#)

peccatum in animam inuehit ut pulcherrimaque illa spiritualis Republica turpissime corrumpit & deprauatur.

---

*Declaratio superiorum, id est, peccatum animæ pulcritudinem corrumperet: de quæ Idololatria.*

### COLLOQUIVM LXXVI.

THEO. **V**ERVM quo aliquanto luculentius ea quæ hactenus de peccati turpitudine allata sunt comprobemus, & quomodo illud animam totaliter perdat corrumpatque manifestè demonstramus, admodum mihi placet id peccati alicuius exemplo in particula ri asserere, & Idololatriæ flagitio disertè primo præcepto contrario apertius declarare. In hoc ergo omnes illæ animæ deformitates supra adductæ & recensitæ, mirum est, quam euidenter pateant & elucescant: nam & intellectus eo occurratur, & voluntas peruertitur, & memoria labefactatur. Quæ enim maior humani iudicij ac intellectus depræ-

depravatio potest excogitari, quam  
creaturam pro creatore suo accipe-  
re, lapidem, vitulum, ac glirem  
DEVM suum arbitrari, quemad-  
modum à nonnullis populis olim  
factum fuisse accepimus & com-  
perimus? potestne maior volun-  
tatis peruersitas reperiri, quam  
infinitam bonitatem pulcritudi-  
nemque relinquere, vanitates re-  
rum corruptibilem consecrari,  
ac supremum Principis honorem  
bestiæ & rei insensibili adhibe-  
re? quæ vero etiam maior me-  
moriæ corruptio potest inueni-  
ri, quam DEI obliuisci, illius  
beneficia, timorem, amorem, iu-  
dicium, Paradisum, Infernum, &  
seipsum adeo obliuioni tradere  
ac sepelire? quæ maior sensuum  
rum exteriorum, quam interio-  
rum labefactio hebetatioque est,  
quam circa solam terram & con-  
tra DEVM occupari? quam tu ma-  
iorem confusionem & turbatio-  
nem in hominis familia desidera-  
bis, quam videre carnem spiritu-  
imperantem, appetitum volunta-

Z ti do-

ti dominantem, clientem Princi-  
pi mandata imponentem, lixo-  
nem & calonem aciem instruen-  
tem, stultum & insipidum consi-  
lio ac summæ rerum præiden-  
tem? quam maiorem facultatum  
confusionem, quam monstrosio-  
rem earundem situationem ima-  
ginari quispiam sibi potest, quam  
hominem qui omnibus creaturis  
præesse debet ac dominari, non  
modo sub bestiarum pedes, sed  
infra etiam creaturas inanima-  
tas abiectum intueri & deu-  
lendum? cum enim lapidem ut  
D E V M suum honorat, an non  
ei se submittit, ac humiliorem  
quasi ipso & abiectioremque cul-  
tu suo obseruantiaque confitetur?  
Iam si quis aliquem pro Domi-  
no suo acceptat, hic reuera et-  
iam illi ab legitimo ac iusto Do-  
mino paret & famulatur: qui-  
que in Regem quempiam sibi  
constituerit, eidem regium cul-  
tum & honorem adhibet: qui  
verò nonneminem in D E V M  
suum eligit atque asciscit,

di-  
uino

uino etiam ei ritu obseruantia-  
que aduoluitur: quanta D E V S  
bone hominis humilitas abiectione-  
que futura & iudicanda est, qui  
creaturam aliquam D E V M suum  
facit & fabricatur? Verum ge-  
nus istud Idololatriæ ut fœdissi-  
mum est, ita olim amplius  
quam nunc celebratum fuit, su-  
perest autem adhuc inter alia  
perniciosissimum quoddam & vul-  
gatissimum, eandem turpitudi-  
nem animæ inducens, ac in v-  
no quoque vitio consistens. Quid  
enim auaritia, & gula adeo ip-  
sa aliud est, nisi Idololatria,  
quippe quæ D E V M negligit, &  
aliam rem illius loco sufficit; a-  
uarus enim pluris aurum & ar-  
gentum suum facit, quam D E V M,  
sæpius illud cogitat, sæpius il-  
lius recordatur, quam ipsius D E I.  
Itaque cum etiam usurarium es-  
se D E V S illi prohibuerit, cupidi-  
tate tamen ad id inducitur, vt  
D E I voluntatem negligat, & au- *Auari-*  
*ri* sui consilium sequatur. Est er- *tia Ido-*  
go auaritia Idololatriæ species, *lolatria.*

Z 2 quia

## VALEDICTIO

530

*Ephes. s.*

5.

quia metallum suum honorat, quia aurum colit, quia argentum ut DEVM veneratur. Iam cum etiam Deus præcipiat, genium fraudandum esse & ieunandum, helluo & gluto, præceptum diuinum negligit, & sordidæ suæ carni mult ancillari; est proinde & Gula Idololatriæ species, & ventrem suum pro DEO habet, quemadmodum Apostolus loquitur. Verum inter omnia vitia atque peccata, Hæresis maximè Idololatriæ affinis germanaque est, quia videlicet directa primum præceptum euertit, DEVM non modo non honorat, sed spernit, neque ipsa spernit tantum, sed vniuersum etiam mundum ad idem facendum incitare conatur. Idolum huius meretricis, ait Diuus Hieronymus, peruersa opinio est fundata atque enata in cerebro hæretici, qua postea actus & peritus, omnia quæ in DEI domo inuenit, quidquid ceremoniarum in scripturis deprehendit,

*In c. 2.**Dan.*

dit, id continuo in suam imaginationem transfundit, inde se etiam iucundo verborum prætex-  
tu adornat, & statuam auream facit, quam postea in publico exponens, omnibus adorandam esse docet, & honorandam. Itane vero? An non est hoc Nabucho-  
donosorem esse, Nabuchodono-  
sori æqualem fieri, & Nabucho-  
donosorem imitari? Erexerat ille olim statuam auream, eam in publico collocarat, & omnibus adorandam commendarat, simul ac videlicet, signum tubæ audi-  
retur, & lyrarum, cythararum, fidiumque concentus persentisce-  
retur. An verò Hæreticus diuer-  
sum ab hoc aliquid facit? an non spiritualiter, id est, modo insolentiori ac perniciosiori omnia isthac facit? an non au-  
rum lapidesque preciosos domus DEI arripit, ex ijs Idolum &  
statuam suam conflaturus. Utitur ille iucundissimo concentu-  
rationis, adhibet sonum & Mu-  
sicam Scripturæ sacræ; quæ si tu-

Z 3 recte

recte & accuratè inspexeris, mentior si aliud quam aurum quædam illecebras dices : itaque dum etiam honorem se Deo adhibere mentitur, eum ille ipse fibi arrogat, & insolentissime adsciscit. Comminiscitur ille se. Etam aliquam contra castitatem, erigit Idolum Cupidinis, id confessim putidissimis Scripturæ sc̄ræ authoritatibus ornat, & ab unoquoque adorandum esse vaſciferatur. Clamabit ille vota continentiae nuncupari non opertere, persuadebit alicui, qui per contractum spiritualem & lennem animam corpusque suum Deo consecrauit, rumpendam esse fidem, violandam legem, perfringendum monasterium, ad carnis libertatem prouolandum, non alio fine quam ut Deo seruiat, & acceptus efficiatur. <sup>4</sup>Aerius statuam contra sobrietatem & ieunandi consuetudinem erexerat : docens abstinentias non nisi secundum cuiuslibet beneplacitum & phantasiam esse ob-

<sup>a</sup> Epiph.  
contra  
hær. 75.  
S. Aug.  
hær. 33.  
S. Aug.  
de hær.  
13.

seruandas, DEVM enim hoc vel-  
le, & Scripturam ipsam sacram  
manifestissime id homini commendare. *b Arrius Iesu Christi.* *b Ath.*  
sto diuinitatem suam furabatur, *contra*  
& solum hominem esse commis-*Arrian.*  
niscetur. *c Manichaeus humani-*  
tatem illi contra detrahebat, &  
verum ipsum corporis non habuisse  
asseuerabat. *Erexit ergo uterque*  
& in publico Hæreticum *contra*  
suum Idolum constituit, pulsata  
uerunt ambo Scripturam sacram, *contra*  
& per diuersos suos ministros ad *her. 49.*  
honorem DEI omnibus illud *et Aug.*  
adorandum esse claimauerunt. *49.*

Iam Caluinus etiam filio DEI  
nobilissimos quosque suos titu-  
los & insignia potentiae, sapien-  
tiae, bonitatisque eripuit: præ-  
cipue autem eo in loco, ubi  
CHRISTVM in Cruce despe-  
rasse asseuerat, *d quod non modo* *d Calu.*  
*in Har-*  
iniuriosum blasphemumque est, *mon. ad*  
sed etiam manifestum indicium, *27. cap.*  
insignis malitiæ atque stultitiae. *Matth.*  
Verum ut quod dixi repetam, *46. §.*

Z. 4 aio

zio Idololatriam istam Hæreticam  
longe omnibus perniciosiorem es-  
se: neque enim tantum Creaturæ  
am pro D E O constituit, quod  
Ethnici faciebant, sed delirium  
etiam & commentum aliquod,  
quod non nisi umbra Creaturæ  
est, ut D E I præceptum accipien-  
dum vociferatur. An non insig-  
nis nebulo ille esset, qui cum sce-  
ptrum & coronam Regi auferret,  
mensam pictis ferculis (quod He-  
liogabalum aulicis suis assenta-  
toribus fecisse accepimus) instrue-  
ret, nihilominus clamitaret ita  
Regem honorandum esse & ob-  
seruandum? an vero Hæretici  
istud non faciunt? Eripunt il-  
li omnipotenti D E O quantum  
possunt coronam suam ac sce-  
ptrum, sternunt illi mensam va-  
nis & deliris phantasijs plenam,  
illamque pro veris sacrificijs, quæ  
Ecclesiæ D E I fercula sunt, ador-  
nant: irridentes non modo DEV M,  
sed ipsos etiam homines, quos  
in infernum deturbant, mentien-  
tes interim suos illos auspicijs

ad cxv

ad cælum esse peruenturos. Non  
immerito veterum illorum Epi-  
cureorum secta perniciosissima  
vulgo iudicata fuit, quod videli-  
et improbis DEI timorem om-  
nem tolleret, & peccandi quan-  
dam impuritatem inueheret: hinc  
enim factum est, ut omnes opi-  
nionis istius sectatores, absque  
ulla formidine & timore viuen-  
tes, in omni vitiorum flagitorum-  
que genere impune volutari non  
dubitarent. Hæresis autem an non  
multis parasangis secta isthac per-  
niciosior detestabiliorque est? quip-  
pe quæ non tantum omnem ti-  
morem sceleratis aufert, sed et-  
iam audaciam quandam ingene-  
rat, vt malum non aliter quam  
rem D E O grataim acceptamque  
amplectatur. Nam quæ amabo  
differentia est, dicere ad homi-  
nem voluptuarium, Fac quod ti-  
bi libet, neque enim D E V S res  
mortaliū curat, quemadmodum  
Epicurus mentiebatur, & cum  
hæretico vociferari: Indulge ge-  
nio, ieiunia nihil morare, absti-

Z 5 ne cum

ne cum liberet, matrimonium susci-  
pe voto continentiae violato, hoc  
enim modo D E O seruitum præ-  
stas, hæc pietas est, hæc religio,  
hæc incorrupti Euangelij & ver-  
bi diuini doctrina. An vero istud  
non est frænos impudentiæ, auda-  
ciæ, flagitijsque omnibus laxare?  
non hoc est viam sceleribus, adi-  
tum vitijs, iter omni peccato ster-  
nere ac aperire? quid helluo, quid  
mœchus, quid scortator liben-  
tius audit, quam libertatem? quan-  
do se effrenius gerit, quando im-  
moderatius viuit, nisi cum flagi-  
tia sua non modo non puniri pos-  
se, sed grata etiam, sed accepta ef-  
fe D E O intelligit? Maneat ergo  
Hæreticos non modo D E V M, sed  
homines etiam ipsos irridere &  
calumniari. Et ideo Propheta Da-  
uid Synagogam falsæ & Hæreti-  
cæ doctrinæ, conuenientissimè Ca-  
thedram irrisorum appellavit,  
quemadmodum Diuus Hierony-  
mus in translatione vocis Leth-  
sim significat, versiculo primo  
Psalmo primo. Ab hoc septuagin-  
ta iii.

ta interpretes, & communis explicatio eos fere sequens, non ab ludit, quando cathedram pestilentiæ reponit: voluens videlicet ad oculum demonstrare, hanc Hærefoes proprietatem esse ut inficiat, & contagione sua venenet. Itaque cum Helluo, hoc contentus sit, quod ipse Helluo est, & Scortator in suis Scortationibus acquiescat, Hæreticus contra parum sibi admodum consecutus esse videtur, nisi publicum Iudum impietatis aperiat, & omnes peruerso suo viuendi instituto imbuiat. Porro cum omnis illusio perse detestanda viciosaque sit, maxima tamen illa est, quæ Maximum Monarchum attingit; maioremque longè ille reprehensionem promeretur, qui mirem aliquem & mansuetum, quam qui improbum Dominum offendit: & quæ amabo peruersitas illa erit, summam potentiam, bonitatem, ac sapientiam irridere? O antiquum transgressorem! O antiquum Draconem! necesse

omnino est plenum te insolentia immanitatemque esse, postquam nimirum hominum animas adeo crudeliter inficis atque corruptis; necesse est insigniter te absurdum & execrabilem esse, si quidem istiusmodi abominationes in mortalium ingenij depingis; & quæ amabo malitia illa est Creaturis persuadere. DEVM vt Creatorem suum irrideant atque deludant? Hinc ergo in Ecclesia tantum poenarum ac tormentorum, flammæ, ferrum, aqua, fidiculæ, restis, exhæredatio, exilium, & quod grauissimum est, excommunicationis fulmen in omnes istiusmodi apparatur, & non tantum in eos qui hæreseos conuicti sunt, sed in illos etiam qui cum ijs commercium habent, & subficio illis sunt. Hinc etiam fit, quod Deus tam in hoc quam in futuro sæculo eos remunerator, qui fortiter & animosè contra Hydram ista digladiantur, & illos contra persecutit atq; extirpat, qui in istiusmodi pugna desides & ignavi sunt. Hinc Eccle-

Ecclesia Dei in bellis spiritualibus semper terribilis sicuti castrorum. acies ordinata, tunc fortissima est, tunc animos erigit, tunc arma expedit, cum cōtra Hæresin aliquā dimicandum est: itaque cū ad reliqua ferē flagitia ordinaria sua arma adhibeat, vt nemo idecirco sedem suam mutet, vbi cum Hæreticis cōfligendum est, hic illa repente Concilia indicit, vires contrahit, ab Oriente in Occidentem, à Meridie in Septentrionem fulminat, aciem instruit, exercitum armat, nullo reue- ra alio fine, quem vt scelerum Regē, & Idolum Idolorū subuertat, quod adeò insolenter Deum lacepsit, & adeò funestè Ecclesiam illius inficit. Verùm satis isthæc sunt vt intel- ligatur Hæresin idolatriam de- testabilem esse, & peccatum.

animæ extremam turpi-  
tudinem concilia-

re.

Z 7 De